



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Introductio qua demonstrantur ingentia pericula, quibus anima in
procelloso mari huius saeculi exposita est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

STELLA MY-

STICA,

OMNIBVS AD POR-
TVM SALVTIS APPEL-
lere desiderantibus ducem se
præstans.

In Hymnum AVE MARIS
STELLA, concinnata.

INTRODVCTIO.

Qua demonstrantur ingentia pericu-
la, quibus anima in procelloso ma-
ri huius sæculi exposita est.



Acriis literis, ô fi-
delis anima instru- 1. Pet. 2.
eris, te peregrinam &
aduenam esse super ter-
ram, sicut omnes pa-
tres tuos: nec habere in hoc mun- Psalm. 31
do ciuitatem manentem sed futu-
ram inquire. Ei dem præterea
libris edoceris, te quandiu in hoc Hebr. 13.
A cor- 2. Cor. 5.

A cor-

S T E L L A

2. Cor. 5.

Ecal. 12.
Heb. 9.

Mortis in-
evitabilis
necessitas.

Psalms. 115.

corpo^re es, peregrinari à Domino, ac futurum aliquando esse, vt corpus hoc reuertatur in terrā vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Statutum est, ait S. Paulus apostol. hominibus semel mori. Hæc enim est ineuitabilis humani generis necessitas. Hæc est generalis lex nullam patiens exemptionem.

Moritur doctus æquè vt indoctus, diues vt pauper: nobilis vt rusticus: Rex vt subditus. Mors nullius personā accipit, nec ullius misericordia mouetur: sed omnib. mare huius mundi nauigantibus æquabiliter manus iniicit. Quos si paratos prōptosq; ad portum salutis ingrediendum inuenerit, ingentia illicita bona secū adfert. Cōtra verò si imparatos repererit, in sempiternam illos miseriam & tormenta detrudit. Pretiosa nāque vt Psalmista

M Y S T I C A. 3

mista inquit, *in conspectu Domini Psal. 33:*
mors sanctorum eius. Mors autem
peccatorum, ut idem alibi ait pessi-
ma.

Quapropter ô fidelis anima, *presentis*
tecum diligenter perpende, *vix enu-*
quid faciendum, ac quid consi-
meretur.
lijtibi capiendum sit . manere
in hoc mundo impossibile: na-
uigare sine nauigio ab omni-
bus rebus bene instructo, maxi-
mè periculose. Mare, quod
transfretandum est, periculis &
incommode plurimis plenum
est: illic scui superbiae, ambi-
tionis & vanæ gloriæ venti il-
lud turbantes & exagitantes:
illic auaritiæ gurgites frequen-
tissimi: illic gulæ & ebrietatis
voragini nauigantibus inter-
ritum machinantes: illic lu-
xuriæ Sirenes, transeuntes sua
uitate cantus, & mollibus il-
lecebris consopientes: illæ

A 2 effer-

4 STELLA

efferuescentes iræ atque odij
vndæ, nauigia cum immani fu-
rore conuassantes: illic inui-
diæ monstra nemini parcetia:
illic remoræ negligentia atque
socordiæ, maximas etiam na-
ues retinentes: illic piratæ, ma-
ligni puta spiritus, omnia illius
itinera obfidentes, & quaqua-
uersum infesta reddentes, quæ-
rentesque quos deuorent.

In his autem tantis periculis
hoc vel maximè miseriam tuā
cumulat, quod nauigium, cor-
pus scilicet tuum, sit vehemen-
ter imbecillum, dissolutum, ac
multis imbecillitatibus conuul-
sum & labefactatum, tu etiam
densis ignorantia tenebris cir-
cumfusa, & duris peccatorum
vinculis constricta sis. Et ne
multis: in hoc mundo à tribus
hostibus, mundo nimirum, car-
ne, ac diabolo impugnaris, nec
aliud sperare potes, nisi diuina
opc

M Y S T I C A 5

ope roboreris, quām superari,
ac sempiternæ salutis naufragi-
gium facere.

Hæc, ô fidelis Anima, fre-
quenter tecum expende, ac
quām multi singulis penè ho-
ris ac momentis pereant ac per-
petuæ fœlicitatis suæ iacturam
patientur, intuere. Ex illorum
damnis tu disciplinam accipe,
& ne in eandem calamitatem
incidas, oculos ad cœlum attol-
le, Deumque toto corde preca-
re, vt te ab his periculis eripere,
ac præseruare dignetur.

*Anima in periculis suæ salutis conſi-
tuta, ad diuinam opem confugit, il-
lamque pijs precibus im-
plorat.*

HE V me miséram & ino-
pem: quis me de pericu-
lis quibus circundata sum exi-
met? Heu me, yndique à dexte-

A 3 ris.